

**Arnoldi Corvini â Belderens, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De lis qui Beneficia conferre possunt; & primò: De Romano Pontifice. Tit.
1+

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

LIBER SECUNDUS.

TITULUS I.

De iis qui Beneficia , conferre possunt ;
 & primo : De Romano Pontifice.

SUMMARIA.

1. Qui Beneficia conferre possunt.
2. Romanus Pontifex in Episcopatus extra Diœcesin.
3. Que pertineant ad ilam.
4. Non contulerunt olim extra illam.
5. Fecerunt postea.
6. Quo jure.
7. Qua praxis Ecclesia veteris.
8. Nec illa juri Communi contraria.
9. An posuit Papa conferre Beneficia majora , ut Episcopatus extra Diœcesin.
10. Quando.
11. Ordinaverunt olim Et Populus Et Clerus.
12. Quid hodie.
13. Quis conferat Beneficia inferiora.
14. Qua Pontificis circa illa potestas hodierna.
15. Qua antiqua.
16. Unde ea potestas Pontifici.

NUS
omnis
Ecclesiast

IV.

Coryi
De Pers
et Benefic.

G

3 2

- I** Ost Originem, Diffinitiones Divisionesque Beneficiorum Ecclesiasticorum explicatas, est consequens, in de his qui Beneficia conferre ac distribuere possunt; trademus Hoc ius sibi vendicant multi: *Pontifex, Episcopos, Antipotes, Sacerdotes*: Imo & homines Prophanos singulis videbimus. Et quidem primò de Romano Pontifice. Quod Episcoporum primus, primamque Sedem occupat.
- 2** *L* in sua Dioecesi Romana, ut alii Metropolitani in suis, *Iust. c. 2. epist. 18. cap. 1.* beneficia conferre potest. Dicit Adrianus I. epist. 1. *Si ubiq. Christianorum Ecclesias canonice intactas possident Ecclesias sanctorum Diaecesis, quanto amplius Sancta Catholica & Apostolica Romana Ecclesia, qua est caput omnium Eccleiarum, suam Diaecesin, videlicet Archiepiscoporum & Episcoporum &c. irrefragabili jure tenere & possidere non omnibus debet.*
- 3** Ad Dioecesin Romanam pertinet Italia tota cum Insulis adjacentibus. Et Ideo S. Leo epist. 4. mandat universis Siculorum Episcopis, ut ex insula sua ternos quotannis ad Synodus 3. Kalendis Octobris lebrandam de more mittant Romanam.
- 4** Priscis temporibus extra dictam dioecesin beneficia nulla conseruerunt Pontifices Romani. faciunt dist. 63. 64. 66. Reliquerunt Episcopos Ecclesiarum ipsis commissarum administrationem liberam.
- 5** Postea universalis Ecclesiæ gubernationem sibi arrogarunt. Usque dicitur: Pontificem Romanum habere plenam, liberam, nullius legum vinculis adstrictam beneficiorum omnium dispositionem: cum Episcopis omnibus, quotiescumque libuerit Ei, concurrere; eos omnia beneficium vacuum conferendo prævenire: posse antevertere, et cuncta permundum. 11. qu. 3. c. proposit. de concess. præbend. c. ad locum rem. de auth. & usu Pallii. c. 2. c. dudum. de præbend. in 6. Clem. 1. ad Cor. pendent. Gloss. pragm. tit. de electione. in verb. reservation. Breve: Nam non quasi Urbis Romæ ejusque Dioecesos tantum, sed torius Octo Episcopum, beneficia in aliorum Dioecesi & Patriarchatu sita redire ferre. Sed ut hæc intelligantur rectè, recurrentum ad Ecclesiæ orga nem.

Scor

Sciendum ergo; & esse & fuisse ab initio Ecclesiam unam, & ab uno Petro. teste Optato Milevitano. lib. 2. contra Parmenian. Qui in distributione & Ecclesiarum divisione, Ecclesiam rexit in praecipuis Sedibus Romæ & Antiochiae per seipsum, per Marcum Alexandriæ. D. Gregorius. lib. 6. epist. 37. ad Eulog. Episc. Alexandr. Dicit Hincmarus. epist. 55. cap. 16. *Cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis Sedes in auctoritate convalluit, que in tribus locis Unius est; Iste enim sublimavit Sedem, in qua etiam quiescere, & praesentem vitam fuisse dignatus est; Ipse decoravit Sedem in quam Evangelium Discipulum misit; Ipse firmavit Sedem, in qua septem annis, quamvis discipulus, sed sit; Cum ergo Unius, atque una sit Sedes, cui ex auctoritate divina tres nunc Episcopi president, quicquid ego de vobis audio, hoc mibi impo. Ita ut quodammodo ad Trinitatis instar fuerit una primum Ecclesia in tribus Sedibus, & per tres Antistites, ex Symmacho, epist. 1. ad Eusebium Arelatens. Episc. & Carolo Calvo Francor. Rege ad Adrian. 2. & Joannem 8. cap. 25. ad Trinitatis, ait, instar, cui una est atque individua potestas, unum est per diversos Antistites Sacerdotium.*

Quare Antiochenæ Sedes in Concilio Chalcedonensi art. 7. dicitur Thronus Petri, ab Innocentio I. epist. 8. ad Alexandrum Episcop. Antiochen. Sedes Primi Apostoli. Alexandrinum dicit Anacletus epist. 3. B. Petri nomine à Marco ejus Discipulo consecratam. D. Gregorius lib. 11. epist. 48. ad Eulogium Episcop. Alexandrin. Sedem suam vocat.

Deinde aliis Sedibus institutis, Petrus etiam instituit & consecravit unumquemque in eis: ut B. Jacobum in Hierosolymitanæ. Chrysostom. lib. 8. in S. Joh. Euseb. in Chronico & lib. 2. Histor. cap. 2. Dicit canon non omnes. dif. 22. *Omnes sive Patriarchii cujuslibet apices, sive Metropolitæ, Primatus, aut Episcopatum Cathedras, vel Ecclesiarum cujuslibet Ordinis Dignitates, instituit Romana Ecclesia: Illam verè solus ille fundavit, & supra Petram fidei max nascentis erexit, qui beato aeterna vi uel aevogerterreni simul & caelestis Imperii jura commisit.*

Quapropter à D. Cypriano libro de unitate Ecclesie appellatur mater & radix Ecclesiarum. Tertullianus lib. de prescript. contra Haeretic. dicit; Ecclesias quotidie, ut Ecclesiæ fiant, à Matrice Ecclesia mutuari fidem:

nus
in his
Ecclesiastis

T. V.

fidem: Nam sicut Ecclesia Metropolitana est mater aliarum subf*c*e*n*, in Romana mater etiam Metropolitanarum.

Tempore D. Petri, Patriarchæ unici, nullæ Ecclesiæ fuere Patriarchales. Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, infinitum postea disciplinæ exegit conservatio. *D. Leo. in epist. ad Anatol. Thessalon. Archiepiscop.*

Facta illa, ut & provinciarum & locorum, in quibus constituerunt Primates, divisio, per Clementem & Anacletum, D. Petri successores. *can. provincia. dist. 99. can. urbes. dist. 80.* Dicit Opratus Milevianus. *lib. 2. de Schismate Donatistar.* Cathedram primum Episcopalem fuisse collatam Roma, & deinde cum Apostoli in aliis sedis*f*u*er*ent Cittibus, hac quoque primum facta sunt Episcopales. Quas Terminus d. *lib. de prescript. Ecclesiast. Matrices & Originales Fidei appellata*

Constitutis Patriarchis, & aliis Primitibus, Metropolitanis, & Episcopis, in Ecclesia, non amplius D. Petrus, ejusque Successor consilios, fecerunt Ipsi. Dicit Nicolaus I. *ad Bulgarorum consulta. 73. respondens:* *A quo autem sit Patriarcha ordinandus interrogatur idcirco scitote, quia in loco, in quo nunquam Patriarcha vel Archiepiscopus constitutus est, a Majori primitus est instituendus;* Deinde vero accepta centia, & Psallii usu, ordinat Ipse sibi Episcopos, qui Successorem suum valeant ordinare: &c. & paulò post: *Hic est ordo servandus, ut vobis et a Sedis Apostolice Presule sit nunc vobis Episcopus consecrandus pro Christi plebe ipso praestante crescit, Archiepiscopatus privilegia per Nachcipiat, & ita demum Episcopos sibi constituat, qui Ei decedenti Successorem. &c.*

Ethæc sanè fuit Ecclesiæ praxis & consuetudo, ut Patriarcha dem in sua Dioecesi ordinaret, vel confirmaret electiones, aut Episcoporum tanquam Metropolitanus; vel Metropolitanorum tanquam Patriarcha; *vid. l. sancimus. ut nemo. 29. s. fin. Cod. de Episcop. audience* vel ut Episcopi Provinciales in Provincia sub Metropolitanis confirmarent Episcopum: *Concil. Nicen. can. 1.* Non absque consensu Metropolitanus. Nisi alia esset consuetudo. *can. 6.* Aut sibi primus Patriarcha ordinandi & instituendi jus reservasset. *Cedrenus in Zenon.*

Coryi De Pers et Benefi

G

S Z

Innocentius I. epist. 18. cap. 1. Patriarchæ Antiocheno hunc præscribit modum; ut eos qui longe à se absunt, per Episcopos Vicinos ordinari mandet. Loquitur sic: *Iraq. Frater Charissime, ut sicut Metropolitanos autoritate ordinas singulari, sic & ceteros non sine permisso, conscientia tua sis Episcopos procreari: in quibus hunc modum recte servabis, ut longe postos literis datis ordinari censes ab his qui nunc eos suo ordinant arbitratu: Vicinos autem, se censes, ad manus impositionem tuae gratia statuas pervenire: Videatur etiam Concilium Chalcedonense act. 14.*

Dicit S. Leo epist. 84. ad Anastasium Thessalonicens. cap. 6. id fieri

ideo, ne gregibus Domini diu desit cura Pastorum.

Unde & Vicariorum vel Papa vel aliorum Patriarcharum origo. Cum enim viderent se Ecclesiæ necessitatibus commodè in Regionibus longinquis providere non posse, ibi ex Primatibus vel Metropolitanis constituerunt Vicarios; ut de Thessalonicensi Episcopo testatur S. Leo. d. epist. 84. de Arelatensi S. Gregorius epist. 52. lib. 1. de Toletano Concilium Toletanum. 12. cap. 6. Ubi tamen vices suas dat Papa salvo Metropolitanorum privilegio,

Sunt ergo, post primas ordinationes factas à Christo & Petro, fratres alii, vel ab Ipsi Patriarchis, vel ab Eorum Vicariis, vel à Metropolitanis, vel à Primatibus, vel saltem ex ab Eis confirmatae: vid. d. Innoc. I. in epist. 18. cap. 1. Synes. epist. 76. & 77. Theodore. lib. I. Historia. Eccl. cap. 9. & Histor. Tripartita. lib. 2. cap. 12. Hincmar. in opusc. 55. Capital. cap. 16. Concilium Africanum inquit cap. 22. loquens De Prima- tu Carthaginensi: *Fuit semper hac licentia huic Sedi, ut unde vellet, & cujus nomine fulset conventus, pro desiderio cuiusque Ecclesia ordinaret Episcopum. Videatur d.l. sancimus. 29. §. fin. Cod. de Episc. aud.*

Nec dicta juri Communi sunt contraria. Quælibet enim Ecclesia sua habere potest privilegia, rationem habentia, & ratione nitentia; teste Arnulpho Lexoviensi Episcopo epist. ad Papam Alexandrum. videantur S. Leo in epist. ad Vienenses. Bonifacius I. epist. 3. Adrianus I. scribens ad Tilpinum Remens. Archiepiscop. apud Flodardum. lib. 2. cap. 17. Zizimus epist. ad Vienensem. Archiepiscop. apud Baron. ad annum 417. num. 52. Dicit Niceni Synodi I. can. 6. aperiè; Antiqui mores serventur &c. S. Leo adversus Anatolium Patriarch. Constantinopolit. ait; Seriem annorum

[H.]

notorum

nus
onis
Ecclesiast.

T. V.

norum esse attendendam in iuribus Metropolitanorum & aliorum. Adi-
nas I. epist. 3. ait; Ecclesiæ ubiq. Christianorum canonie inculpant
dere suas diœceses: Nicolaus I. epist. 1. ad Imperat. non vult traditionem
ab Apostolis institutam violari.

Quod autem dixerit Siricius epist. 4. in Concilio Romano dixit;
extra conscientiam Apostolicæ Sedis, hoc est, Primitatis, nemo ob-
nare audeat, est intelligendum Jure communi & ordinario, nisi ab
consuetudo. Nam regulariter ejus est ordinare, cuius est judicare.
Illi I. epist. 3. Balsam. can. 12. Concil. Chalcedon.

Unde in Legatorum, vel Vicariorum Papæ, literis inseri solet, se-
vatis Metropolitanorum privilegiis. Hormisdæ epist. 14. ad Tarrac.
Epist. & epist. 26. ad Salust. Hispalens. Archiepisc. & epist. ad Remigio
Remensi. Archiepisc. Videantur & Niceni Conciliu canon. 7. Chalcedoni
art. 6. & 13. & 12.

Cum ergo præcipuum Jus Electionum & Ordinationum Episcoporum
ante Concilium Nicanum I. constiterit in praxi & confidencie
(Illud enim can. 6. hac præcipua nititur ratione; ut & omnia fe-
ria Conclilia, & S. Patres: ut S. Epiphanius h. c. 68.) ut decidatur
quæstionem hanc; Utrum Papa conferre possit Beneficia majora, ut Li-
scopatus, in aliena Diœcese? Videndum est, qui fuerint antiqui modus
Ordinationibus.

Scribit Eusebius lib. 2. Ecclesiast. Histor. cap. 1. & lib. 3. cap. 10. I
acobum fratrem Domini, à Petro Johanne & Jacobo Apostolis Episcopum
Hierosolymitanum ordinatum fuisse: Eo virtù defuncto, omnes
Apostolos & Discipulos communicato consilio Simeonem electum
Episcopum. vid. can. porro. dist. 6.6. Quare vult can. 4. d. Concilii Nican.
Episcopum ab omnibus qui sunt in provincia constitui, vel si hoc
sit difficile à tribus: Sub authoritate, intelligite, Superioris.

Nam Ordinatio Jacobi facta fuit à Petro, & Simeonis eritam ab
Eo. Ideoque in d. can. 4. additur confirmatio fuit à Metropolitanu
& repetitur in can. 6. Et confirmat fuisse S. Leo epist. 84. ad Anatol. Thess.
Salonicens. cap. 6. Multo magis à Pontifice Summo; ut in eadem epist.
dicit Idem S. Leo. Confirmatur can. ordinaciones. dist. 6.4. Et Novi
Thos.

[H]

Coryi De Pers er Benefic.

G

3. 2

LIB. II. TIT. I. De iis qui Benef. conferre &c. 59

Theod. & Valent. tit. de ordinat. Episcop. 24. prohibitur fieri Ordinatio-
nes Romano Pontifice inconsulto.

Dicendum tamen, cum Dartis tract. de Benef. sect. 9. cap. 1. pri-
mani quidem Ecclesiarum Institutionem fuisse à D. Petro; Deinde
Eius Successoribus: sed cum Jus Religionum, utpote Juris Gentium,
sequatur rationem, eaque (puta ne propter defectum Pastorum gre-
gem Dominicam invaderer lupus c. ne pro defect. 41. de elect.) Cum
Papa Episcopatus remotores commode conferre non posset, suaserit
in Provinciarum Episcopi vel Metropolitani ordinaverint in iis Episco-
pos, ususque & consuetudo confirmaverit, intelligendum esse Papam
velamisse, jus eligendi & ordinandi, vel cessisse. *juxta sentent. Nicolo-*
I. in supra cit. respons. ad consulta Bulgavorum cap. 78. Illaque illud
prescripsisse. Niſi in omni caſu jus ſibi retinetur. *Dartis d. loco.*

Retinet etiam adhuc illud, quando Provinciales Episcopi in ordi- 10

nando ſunt negligentes: ſed pro illa vice tantum. *c. bona memoria. 23. de*
elect. Devolvitur enim primo ad Archiepiscopum *c. ne pro defectu. 41. eod.*
idque intramenses ſex. Episcopatus enim ultra tres menses vacare non
poſſunt. *d. c. ne pro defectu. can. poſquam. diſt. 50. can. obeuntibus. diſt. 63.*

Factæ etiam, ſive ex conſeſſione, ſive ex conſuetudine, ſive ratio- 11
ne id ſuadente, Episcoporum Elecſiones & Ordinationes à Populo &
Clero, & conſirmatae à Superiori. *can. nulla. 1. diſt. 62. can. plebs. 11.*
cum. Episcopos. 13. cum seq. diſt. 63. S. Leo epift. 89. ad Episcop. Viennens.
Celsiſim. epift. ad eſcl. cap. 5. Theodoret. lib. 1. Histor. cap. 9. & Histor. Tri-
polt. lib. 2. cap. 12. In Concilio Aurelianensi II. can. 7. & Aurelianensi
III. can. 3. & can. Metropolitano. 19. d. diſt. 63. dicitur eandem in elec-
tione Metropolitani fuisse ſervatam formam. Imò & quondam in
electione Papæ. teſte D. Cypriano *lib. 4. epift. 2.*

Hodie removentur Laici: & obtinet, ut conſirmatio Episcopo- 12
rum ſic Pontificis Romani, aut ut ejus fiat auctoritate. *can. ordinationes.*
diſt. 64. Erhac de Episcopatu & aliis majoribus Beneficiis.

Cetera inferiora Beneficia non Romanus Pontifex, ſed Episco- 13
pus proprius cum conſenſu Ciuium conſert. tot. diſt. 67. De quo in ſe-
quentibus latius.

Potest tamen Pontifex ut ſupra diximus, omnia beneficia confe- 14

opus
onis
Ecclesiast.

T V.

re, & cum omnibus Episcopis concurrere, quoties ei libuerit, eorum
in beneficiorum vacantium collationibus prævenire. c. 1. ut liceat pre-
bilinnov. in Clem. & c. 2. de probend. in 6.

15 Imò invaleuerat olim, ut beneficia nondum vacanta, mandare
eum eorum contingere vacatio, certis personis conferri. Quoniam
Ipse solus vacaturis jus tribueret poterat. d. c. 2. de probend. in 6. Dis-
batur fieri ea Collatio per literas exspectativas. Sed eorum usus primi
quidem in Concilio Basileensi. §. plscuit. tit. de Collatio. Pragma. Sunt
Deinde à Leone X. in tit. de reservat. in Concord. sublatus. Sed de
videndum infra tit. speciali.

Moris etiam fuit ut Pontifex collationi reservaret sua quædam
Beneficia, quæ Ipse cui vellet, conferret, quoties ea contingere vac-
c. presenti. de probend. in 6. Et is mos similiter dicto Concilio §. ipso
de reservation. in pragm. sanct. & dicta Leonis X. constitutione effec-
tus.

Intelligendum tamen hoc de reservationibus à Pontifice factis
Quas enim Jus Ei specialiter reservavit, ex adhuc durant: ut suum eum
Beneficiorum quæ in Curia Romana vacant. d. c. 2. & c. presenti.
probend. in 6.

16 Quæ sint istæ, explicatur in d. c. presenti. & c. ad Regimen. ad
Extr. com.

Deiis, si intra mensem à die vacationis à Pontifice non essent sol-
lata, disponebat Ordinarius liberè, sec. 3. eod. in 6. Potest prohibiri
c. 1. Ext. eod. c. ex debito, vers. non obstantibus de elect.

16 Unde autem dicta Beneficiorum conferendorum potestas Pontificis
compatat non convenienter Doctores: Sunt qui eam accersant ex prima
Ecclesiast. institutione facta à Pontifice Romano: ut suggeritius
& confirmat Innocentius III. epist. ad Concilium Montis Regalis Episcop. &
S. Leo sermone 3. sue ordinationis. Alii derivant eam ex representa-
tione Ecclesiæ, quam gessit D. Petrus, tempore Apostolorum: Quam
adhuc gerant Ejus Successores. alleg. D. Augustin. in tract. 124. in S. Jo-
hannem. Alii ex eo, quod cæteri Episcopi sint tantum Cooperatores
Pape. sec. S. Leon. homil. 4. per omnes missa provincias ad Episcop. Pa-
tres. Modernicum S. Thomas in lib. 4. sent. dist. 4. qu. un. art. 4. & opini-
onis.

[H]

Coryi De Pers et Benefic.

G

32

contra Error. Grec. cap. 69. S. Antonino. 3. summa, tit. 22. cap. 45. 2. ex plenitudine potestatis. can. II. decreto. cum seq. 2. qu. 6. Dicit Innocent. III. serm. 1. in festo S. Georgii: *Sicut in corpore humano solum caput habet plenitudinem sensuum, cetera verò membra partem recipiunt plenitudinis; scilicet in Ecclesiastico corpore, ceteri vocati sunt in partem solicitudinis; sed Supremus Pontifex assumpitus est in plenitudinem potestatis: & iis Petrus fuit veluti heres ex ase, alii verò tantum velut Legatarii.* Vide Tit. de Summo Pontifice. in Tract. nostro de person. Ecclesiast.

TITULUS II.

De Concilio Oecumenico, seu Generali.

SUMMARIA.

1. Concilium Generale anstantiensis Decretum.
2. An possit conferre Beneficia.
3. An Pontifex Ei subsit.
4. Adhibenda hic distin-
5. Quale hic Concilii Con-
6. Qualis.

Generalium Oecumenicum seu Generale an Beneficia conferre possit, queritur. Eam questionem tractant Abbas qu. I. ad 4. dubium ex num. 29. Selva de benef. 2. part. quest. 2. Corras. de benef. 2. part. cap. 2. Durand. d. tract. lib. 3. cap. 3. Garciad. tract. 5. part. cap. 2. Duar. tract. de Sacris Eccles. Minist. lib. 3. cap. 2. Dartis de Benef. sect. 3. cap. 2.

Quæstionem facit, quod Pontifex Romanus, cui hoc jus competit subesse à multis dicitur Concilio; & eo esse inferior. Quodan verum sit, discutiendum.

Refert Rochellus *Decretor. Ecclesia Gallicane. lib. 5. cap. 35.* ex 2 Cod. Libert. Eccles. Gallicane. hæc verba; *Quamvis ex norma Ecclesia Gallica, vel, ut inquit Cyrilius epist. ad Calestinum Papam, ex veteri Ecclesiarum omnium consuetudine, cogi vel haberi Concilia Generalia absq. Pontifice,*

[H] 3

nus
omnis
Ecclesiast.

IV.